carne abiectus carne leprosi. quae tumescentibus uulneribus scan
ditur exhalantibus fetoribus impletur. Sed ecce in specie lep
si apparuit. & is qui est reuerendus super omnia. uideri dispectus
infra omnia dedignatus non est. Cur hoc nisi ut nos sensu tardiores
ammoneret. quatenus quisquis ei qui in caelo est festinat adsis
tere. humiliari in terra & conpati & iam abiectis & dispicabilibus
fratribus non recusat. Loqui caritati uestrae sub breuitate decreueram.
Sed quia non est in homine uia eius. decurrens sermo retineri non po
test quem disponit ipse de quo loquimur. Qui uiuit & regnat cum pa
tre in unitate spiritus sancti deus per omnia saecula saeculorum amen

Lectio sancti euangelii secundum lucam.

IN illo tempore. dixit ihesus discipulis suis. homo quidam erat diues
& induebatur purpura & bysso & epulabatur cotidie splen
dide; & erat quidam mendicus nomine lazarus qui iacebat ad ianu
am eius ulceribus plenus. cupiens saturari de micis quae cadebant de
mensa diuitis. & nemo illi dabat. sed & canes ueniebant & linge
bant ulcera eius. factum est autem ut moreretur mendicus. & por
taretur ab angelis in sinu abrahae. mortuus est autem & diues & se
pultus est in inferno. eleuans autem oculos suos cum esset in tormen
tis. uidit abraham a longe. & lazarum in sinu eius. & ipse clamans
dixit. pater abraham miserere mei. & mitte lazarum ut intin
guat extremum digiti sui in aqua. ut refrigeret linguam meam.
quia crucior in hac flamma. & dixit illi abraham. fili recordare
quia recipisti bona in uita tua & lazarus similiter mala. nunc
autem hic consolatur tu uero cruciaris. & in his omnibus inter nos
& uos chaus magnum firmatum est. ut hi qui uolunt hinc transire
ad uos non possint. neque inde huc transmeare. & ait, rogo ergo
te pater ut mittas eum in domum patris mei. habeo enim quinque fratres
ut testetur illis. ne & ipsi ueniant in locum hunc tormentorum. & ait

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Bodleian Libraries UNIVERSITY OF OXFORD
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc271/0184